

rum veterum asseratur ita esse sensibus prudentium. Quapropter et nos moderni sequentes vestigia, scribamus futurorum prospéra memoria que sit nobis in future plena testimonia, nostris sequacibus cunctis semper sint utilia, et idcirco quod superius prelibatum est proseguar. Ego Avitus cogito de Dei misericordia et de eterna retributione, ut Deus et Dominus noster Jésus Christus subtrahat me a tara orribili atque mortifera pœna gehennali inferni, seu tartaricis ministris potestate, ne illi in me exerceant sua pessima sevitia et non dominantur in me ullasua dominatione siveimperio ; sed àudiam et percipiam illam benignissimam Domini vocem : *Venite, benedicti Patris met, possidete regnuni quod preparatum est vobis ab origine mundi*; et rursus : *Gaudete et exultate, quia merces vestra copiosa est in celis*; et alibi : *Helemosina est que purgat peccata et facit invenire misericordiam et vitam eternam* ; et iterum : *Panem tuum et vinum tuum super sepulturam justii constitue, et non commedas ex eo cum peccatoribus* ; panem suum et vinum suum cum peccatoribus manducat qui iniquis pro eo ut iniquitatem faciant stipendia prebet. Propter hoc dono supra dictus Deo et genitrici ejus Régine celi Domine nostre sancte Marie et sancti Pétri Moiricensis (1) et domno Geraldo abbati, seu omni congregationis sub ejus regimine degenti crudatensis cenobii (2) sive ab antiquis temporibus abbatia et precipui nunc consistentis, dono et transfundo eis ecclesiam Sancte Marie Quinciaco (3), cum omnibus primogenitis et primiciis, et cum

(1) Le roi Rodolphe-Ic-Fainéant donna, en 1016, l'église de *Moirans* (cant. de Rives, arrond. de Saint-Marcellin (Isère) à l'abbé de Cruas Ramoard.

(2) L'abbaye de *Cruas*, au diocèse de Viviers, fut fondée vers l'an 800, sous la règle de saint Benoît et le vocable de la sainte Vierge.

(3) *Qumcieux*, cant. de Tullins, arrond. de Saint-Marcellin.